

Påven Gregorius (XI) ger – med anledning av att den välborna kvinnan och furstinnan av Närke i Sverige Birgitta (Birgersdotter) med sitt gods låtit grunda och bygga S:t Marias kloster av S:t Augustinus' orden i Vadstena i Linköpings stift och tillräckligt doterat klostret för en abbedissa och ett bestämt antal nunnor, vilka ännu ej blivit invigda, samt med anledning av att dagarna i dessa trakter under en stor del av året är så korta, att en hel dag knappt skulle räcka till för att på tillbörligt sätt fira alla mässor och andra gudstjänster i klosterkyrkan, vilket framgår av en begäran som Birgitta framställt till påven – tillstånd åt abbedissan i nämnda kloster, då hon och nunnorna invigs, att under månaderna oktober till och med februari låta de egna prästerna eller andra lämpliga präster fira mässa före gryningen i klosterkyrkan, under förutsättning att detta tillstånd utnyttjas sparsamt.

Avskrifter: [A] Reg. Aven. 191, fol. 437r, Vatikanarkivet; [B] i Liber privilegiorum monasterii Vadstenensis, hs A 19 (förr A 23), fol. 23v–24r, Sv. Riksarkivet; [C] i hs A 22, fol. 4r, Kungl. Bibl.

Förtecknat: Celses Bullarium (1782), s. 135, nr 13.

Om brevet se T. Höjer, Studier i Vadstena klostrets och birgittinordens historia (1905), s. 80–81 med not 1, s. 94 med not 1; T. Nyberg, Birgittinische Klostergründungen des Mittelalters (1965), s. 46; B. Fritz i 600 år i Vadstena, red. G. Söderström (2000), s. 76.

<sup>a</sup>-<sup>a</sup>Gregorius<sup>b</sup> episcopus seruus seruorum Dei.<sup>-a</sup> Ad perpetuam rei memoriam pijs fidelium uotis et illis presertim, per que fideles Christi<sup>c</sup> diuinis officijs magis intenti existant, libenter annuimus illaque prosequimur fauoribus oportunis. Cum itaque, sicut exhibita nobis pro parte dilecete in Christo filie nobilis mulieris Brigide<sup>d</sup> principisse Nericie in regno Suecie<sup>e</sup> peticio continebat, eadem Brigida<sup>f</sup> de bonis sibi a Deo collatis monasterium sancte Marie in Vastenong ordinis sancti Augustini Lincopensis<sup>h</sup> diocesis canonice fundari et construi fecerit illudque pro vna abbatissa et certo congruo numero monialium ibidem instituendo sufficienter dotauerit, licet adhuc inibi huiusmodi abbatissa et moniales nequaquam sint institute seu deputate, et, sicut eadem peticio subiungebat, in partibus illis pro magna parte temporis cuiuslibet anni sint adeo breues dies, quod uix sufficeret dies tota ad omnes missas et alia diuina officia in ecclesia dicti monasterij <sup>i</sup>modo debito celebranda, nos ipsius Brigide<sup>j</sup> in hac parte deuotis<sup>k</sup> supplicacionibus inclinati, ut, postquam in eodem<sup>l</sup> monasterio huiusmodi<sup>i</sup> abbatissa et moniales institute fuerint, liceat abbatisse eiusdem monasterij, que erit pro tempore, in mensibus Octobris, Nouembris, Decembris, Januarii et Februarii missas antequam illucescant<sup>m</sup> dies, circa tamen diurnam lucem, cum<sup>n</sup> id expediens fuerit, per proprios uel alios sacerdotes ydoneos in dicta ecclesia facere celebrari, ita quod id nec eidem abbatisse nec sacerdotibus taliter celebrantibus ad culpam ualeat imputari tenore presencium de speciali gratia indulgemus, prouiso tamen, quod eadem abbatissa huiusmodi concessione parce utatur, quia, cum in altaris officio jmmoletur Dei filius, dominus Ihesus Christus, qui candor est lucis eterne, congruit hoc fieri non in noctis tenebris sed in luce. Nulli ergo <sup>o</sup>omnino hominum liceat hanc paginam<sup>o</sup> nostre concessionis infringere <sup>p</sup>vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum.<sup>p</sup> Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis iiiij · jdus Augusti, <sup>q</sup>pontificatus nostri<sup>q</sup> anno tercio.

<sup>a-a</sup>Så B, C; uteslutet A. <sup>b</sup>Anteckning Priuilegium quod possumus celebrare ante diem tillagd i marginalen B. <sup>c</sup>ipsi B, C. <sup>d</sup>Birgitte B (i marginalen med annan hand Brigide), C. <sup>e</sup>Så B (i marginalen med annan hand Suevie), Suevie A, Swecie C. <sup>f</sup>Birgitta B, C. <sup>g</sup>Watzstenom B, Vazstenom C. <sup>h</sup>Lýncopensis C. <sup>i-i</sup>Tillagt i marginalen och här insignerat B. <sup>j</sup>Birgitt C. <sup>k</sup>Tillagt över raden A. <sup>l</sup>Tillagt över raden och här insignerat B; tillagt i marginalen och här insignerat C. <sup>m</sup>illucescat B, C. <sup>n</sup>Tillagt i marginalen och här insignerat B. <sup>o-o</sup>Så B, C; uteslutet A. <sup>p-p</sup>Så B, C; uteslutet A. <sup>q-q</sup>Så B, C; uteslutet A.